



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Fidei bona sunt septem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

INSTITVTIO. 92

apud Marcum dicitur. Signa autem **Marc.**  
eos qui crediderint hæc sequentur, **ultimo.**  
in nomine meo dæmoniae iicient, &c.  
Tertio, quia fides diabolum de men-  
te expellit, pohens ibi crucē, & Chri-  
stum in ea pendentem, unde uidens  
eam in qua uictus fuit, multum ti-  
met, & stare non potest. Vnde Ber-  
nardus. Nullus dæmonum propè sta-  
re poterit uidens gladium in quo  
deiectus est, silicet crucem. Quar-  
to, quia fides est lux ualde exosa dia-  
bolo. Ioan. 3. Qui malè agit, odit lu-  
cem, & non uenit ad lucem, &c. **Ioan. 3.**

*Fidei bona sunt septem.*

**P**rimum est, quia illuminat, &  
tenebras infidelitatis expellit.  
Vbi fides non est, ibi tenebrae  
sunt. In cuius figura in Exodo legi-  
tur. Factæ sunt tenebrae horribiles in  
uniuersa terra ægypti tribus diebus  
nemo uidit filium suum, nec mouit se  
de loco in quo erat. ubique auctem  
habitabant filii Israel, lux erat.  
Secundum, quia uincit mundum; di-  
cente Ioanne. Hæc est uictoria quæ  
uincit mundum fides nostra. & Hiero-  
nimus. Qui ueram fidem habet non **Hieron.**

CHRISTIANA

peccat. Tertium, quia filium Dei facit; sicut dicit Ioannes. Dedit eis probatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius, &c. Et Paulus.

**Ioan. I.** Gall. 3. Omnes uos estis filii dei per fidem, &c. Qui uero incredulus est filio, non habet uitam aeternam, sed ira Dei.

**Ioan. 3.** **Augus.** manet super eum, ait Ioan. Et Pater Augustinus. sine fide nemo poterit ad filiorum dei numerum peruenire.

Tertium, quia reddit hominem formam. Vnde Paralip. Oculi domini present fortitudinem his, qui perfecti.

**2. Para.** **16.** **2. Para.** corde credunt in eum. Item. Credite in dominum Deum uestrum & secundum eritis. Quintum est, quia facit hominem uiuere uita gratiae. Vnde Paulus.

**Gall. 3.** **Heb. 10.** In fide uiuo filij Dei, Heb. Iustus ex fide uiuit. Sextum quia peccata purgantur. Vnde in Proverbiis dicitur. Per misericordiam & fidem purgantur peccata. Septimum est, qui hominem ad uitam aeternam perdit. Ioan. 5. uitam habemus eternam.

*Fidem ueram in homine ostendunt quatuor.*

**Mat. 8.** **P**rimum est, ut homo de deo magnasentiat, ut Centurio, qui credebat Christum solo uero